



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ivdx Magistrtvs Senator

Zype, Franciscus van der

Antverpiæ, 1633

Cap. XIII. An vt festis diebus pugnetur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-14280

quem illi apparatus aliò transtulerint. In his omnibus dolus demum bonus quem probant homines, non modò vsurpant: vt concludit Gentil. *lib. 2. de iur. bel.* Ita decipere pro moribus temporum prudentia est. Plin.

CAPVT XIII.

An si festis diebus pugnetur?

Sed neque diebus festis, si vocat occasio, bello abstinetur. quare Nicolaus Papa in *cap. si nulla. 23. quest. 8.* Si nulla, inquit, *vrget necessitas non solum in quadragesimali tempore, sed omni est à praelijs abstinentum*: si autem ineuitabilis vrget importunitas, nullo tempore belli præparationi est parcendum. sic notarunt Gloss. & Panormit. *cap. 1. de treuga & pace.* quod certis anni temporibus bello iubet abstinere, vltu non esse receptum. non quia seruire opus sit, cum Reges, Principes, Magnates, Nobiles ei maximè vacent, imò serui militare vetentur, *l. 8. D. de re milit.* sed quia ea tempora, quæ dict. *cap.* designat, mysterijs fidei nostræ recondendis, à quibus militia auocat, specialius instituta sunt; quorum meditatione ad pacem Christiani Principes reuocari possint. quam ob rem Alexander III. in dict. *cap. 1.* tam seriò Episcopis omnibus iniungit, vt mutuo consilio, & auxilio, absque vllò amore vel odio paci conciliandæ incumbant, aded vt si quis in hoc opere trepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat. iterum in eum qui treugam frangere præsumplerit, suus Episcopus sententiam excommunicationis dictet. Rigidæ pœnæ sunt, sed quas ad publicam salutem direxit Alexander. Nullus Canon, sed neque Extravagans Constitut. 54. Leonis, vt dominicis diebus omnes ab operibus vacent. tam rigida est in exercentes opera seruilia, diebus festiuis. quæ etiam necessitas aliqualis & opportunitas multum excusat, vt piscandi occasio. *cap. licet. x. de ferijs.* quæ non semper se offert. Et sanè si propius Alexandri constitutio seruata fuisset, sperari posset successus frequentior finis. At quantum ab Alexandro absunt illi insulati, qui non tantum paci conciliandæ non incumbunt, sed ventila-bra sunt bellorum, etiam illorum, quibus tot insulæ excutiantur, tot locis Religio Orthodoxa æternum proscribitur!

1.
An festis
diebus citra
notabilem
rei bene ge-
rendæ occa-
sionem?